Admont, 2. Hälfte 12. Jh. (1202/1208)



Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26880
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sum suum Valerianum. cum fratrem eius Tyburtium. ad credendum.
ac martirium perduxit. Ipsa deinde martyrizata est. igne quoque su
perans. sed ferro occisa. passa est autem marci aurelii imperatoris
temporibus. Item rome. sci Mauri martiris. qui sub celerino
prefecto agonizauit. Augustoduni sci Pragmatii epi.

E viii. K Dec. Natale beati Clementis pape. Qui quartus a beato
Petro apostolo. romane ecclesie pontificatum tenuit. Et sub persecutio
ne traiani. in mare precipitatus martirio coronatus est. Quo facto.
orantibus discipulis eius. recessit mare per tria miliaria. et inuenerunt
corpus in arca saxea in templo marmoreo. Et anchora iuxta. Item
martyris. Clementis primi eiusdem ciuitatis episcopi. patrui predicti Clementis
pape. Eodem die. sce felicitatis. matris vii. filiorum martyrum. que iu
bente antonino. decollata est pax. In pago hyspanio. sci Tru
donis epi et confessoris. In italia monasterio bobio. depositio
sci Columbani abbatis. qui multorum cenobiorum fundator. et innu
merabilium patrum extitit monachorum. multus quoque virtutibus clarus.
quiuit in senectute bona. Parisius depositio sci Seuerini mo
nachi et solitarii. Item ciuitate emerita. sce Lucrecie virginis.

xi. F viii. K Dec. Rome natalis beati Chrysogoni martiris. qui per longa
uincla et carceres. postantissima cum confessione tolerato. iuben
te diocletiano capite cesus. et in mare precipitatus martirium consum
mauit. Item rome sci Crescentiani martiris. qui in passione beati
Marcelli legitur pape. Castro blauia. sci Romani pbri et confesso
ris. cui sceratus preconium. miracula declarat. Ciuitate cor
duba. scarum virginum flore et Maria. que per diuturnos carceres.
pax gladio intempte sunt. Apud pusiam tuscie ciuitate sci felicissimi.

xviiii. G vii. K Dec. Natale beati Petri epi alexandrie. Qui cum esset om
nibus adornatus virtutibus. in scripturis quoque diuinis. nulli prorsus
inferior. Et sacerdos dei et hostia subito raptus. atque ex maxi
mini precepto. capite truncatus. Cum quo simul et alii plures ex